



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia

Erasmus, Desiderius

Erphordie, 1520

VD16 B 4591

Capvt. V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34488

MATTHEVM. Fo. V.

gressus illinc, vidit alios duos fratres, Jacobū filium Zebedæi, & Ioannē fratrem eius in nauī, cū Zebedæo patre suo, sarcientes reſtia ſua, & vocauit eos. At illi protinus relicta nauī & patre ſuo, ſecuti ſunt eū, Et circumibat totā Galilæam Ieſus, docens in ſynagogis illorū ac prædicans euangeliū regni, & curans omnē morbū, & omnē languorē in populo. Et dimanauit fama illius in totam Syriam. Et adduxerunt ad illū omnes male affectos, varijs morbis ac torminibus contractos, & demoniacos, & lunaticos, & paralyticos, ſanauitq; illos. Et ſecutæ ſunt eum turbæ multæ, a Galilæa ac Decapuli, & Hieroſolymis, & Iudæa, & a regionibus trans Iordanem ſitis.

¶ CAPVT V.

Um audiffet autē turbas, aſcendit in montē, & cū conſediſſet, acceſſerunt ad illū diſcipuli eius, & poſtquam apperuiffet os ſuū, docebat illos, dicens, Beati paupes ſpīritu, quoniā illorū eſt regnū cœlorū. Beati qui lugēt, quoniā ipſi conſolationē accipient. Beati mites, quoniā ipſi hereditatē accipient terræ. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiā, quoniā ipſi ſaturabunt. Beati miſericordes, quoniā ipſi miſericordiā conſequentur. Beati mundo corde, qm̄ ipſi deū videbūt. Beati paciſici, quoniā ij filij dei vocabuntur. Beati qui perſecutionē patiuntur propter iuſtitiā, quoniā illorū eſt regnum cœlorū, Beati eſtis, cū probra iecerint in vos homines, & inſectati fuerint, & dixerint omne malū verbum aduerſus vos mentientes, propter me. Gaudeſte & exultate, quoniā merces veſtra multa eſt in cœlis: Sic em̄

SECUNDVM. TAM

persecuti fuerunt prophetas, qui fuerunt ante vos. Vos estis sal
 terræ. Quod si sal infatuat⁹ fuerit, quo saliet⁹? Ad nihil valet v^l
 tra, nisi vt proñciat⁹ foras, & conculcetur ab hominib⁹. Vos estis
 lux mundi. Non potest p^pidū abscondi supra montē situm, neq^{ue}
 que accēdūt lucernā, & ponunt illā subter modiū, sed super can^d
 delabrum, & lucet omnibus, qui sunt in domo. Sic luceat lux ve^{stra}
 corā hominibus, vt videant vestra bona opera, glorificentq^{ue}
 patrē vestrū, qui est in cœlis. Ne existimetis, quod venerim ad de^{stru}
 struendā legē aut prophetas, imo non veni vt destrua^m, sed vt com^{pleam}.
 Amen quippe dico vobis, donec prætereat cœlū & ter^{ra},
 iota vnū, aut apex non præterierit ex lege, quoad omnia facta
 fuerint. Quisquis igit^{ur} soluerit vnum ex mādatis hīsce minimis,
 & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum.
 Quisq^{ue} aut^{em} fecerit & docuerit, hic magnus vocabit^{ur} in regno cœ^{lorum}.
 Dico enī vobis, Nisi abundauerit vestra iusticia, plus q̄ scri^{barū}
 barū & phariseorū, non possitis ingredi in regnū cœlorū. Audi^{stis}
 quod dictū sit veteribus. Non occides. Quisquis aut^{em} occide^{rit},
 rit, obnoxius erit iudicio. At ego dico vobis, quod quisquis iras^{citur}
 citur fratri suo temere, obnoxius erit iudicio. Quiscunq^{ue} vero
 dixerit fratri suo rhaca, obnoxius erit concilio, Quisquis autem
 dixerit fatuæ, obnoxius erit gehennæ incendio, Itaq^{ue} si obtuleris
 munus tuum ad aram, & illic recordatus fueris, quod frater tuus
 habet aliquid aduersum te, relinque illic manus tuam coram
 altari, & abi, prius reconcilieris fratri tuo, & tunc veniens affer
 munus tuum. Habeto beneuolentiā cū aduersario tuo cito, dum

MATTHAEVM. FO. VI.

es in via cū illo, ne quando te tradat aduersarius iudici, & iudex te tradat ministro, & in carcerē conijciaris. Amen dico tibi, non exhibis illinc, donec persolueris extremū quadrantem. Audistis quod dictum fuerit antiquis, non committes adulterium. At ego dico vobis, quod quicumq; aspexerit vxorē alterius, ad cōcupiscendū eā, iam adulteriū cū ea cōmisit in corde suo. Quod si oculus tuus dexter obstaculo tibi fuerit, erue illū, & abijce abs te. Expedit enim tibi, vt pereat vnū membrorū tuorū, ac non totū corpus tuū conijciat in gehēnam. Et si dextera tua manus obstiterit tibi, amputa eā, & proijce abs te. Expedit enī tibi, vt pareat vnū mēbrorū tuorū, ac nō totum corpus tuū conijciat in gehennam. Dictū est autē. Quicumq; repudeauerit vxorē suā, det illi libellum diuortiū. At ego dico vobis, quod quisquis repudiauerit vxorem suā, nisi causa stupri, efficit vt illa sit adultera, & quicumq; repudiata duxerit, adulteriū cōmittit. Rursum audistis, quod dictū fuerit antiquis, non peierabis, sed persolues dño ea quæ iuraueris. At ego dico vobis, ne iuretis omnino, neq; per cœlum, quia thronus dei est, neq; per terrā, quia subselliū est pedum illius, neq; per Hierosolyma, quoniā ciuitas est magni regis, neq; per caput tuum iurabis, propterea quod nō potes vnum pilum albū, aut nigrum facere. Sed erit sermo vester est est, non nō: Porro qđ ultra hæc adiungit, ex malo pficiscitur. Audistis qđ dictū fuerit, oculū p oculo, & dentē p dente. At ego dico vobis, ne resistatis malo, sed quisquis impegit alapā in dexterā tuam maxillā, obuerse illi & alterā, & ei qui te velit in ius trahere, ac tunicā tuā tolle

SECUNDVM.

te, permittite illi & palliū, & qui te adegerit ad miliariū vnū, abito cū illo duo. Petenti abs te dato, & cupientem mutuū accipere, ne auerferis. Audistis quod dictū sit. Diliges proximū tuū, & odio habebis inimicū tuū. At ego dico vobis. Diligite inimicos vestros, bene precemini deuouentibus vos, benefacite ijs, qui vos odio prosequuntur, orate pro ijs, qui lædunt & insectantur vos, vt sitis filij patris vestri, qui est i cœlis, quia solē suū exoriri finit, super malos ac bonos, & pluuiam mittit super iustos & iniustos. Nam si dilexeritis eos, qui diligunt vos quod præmiū habetis? Nonne & publicani idem faciunt? Et si cōplexi fueritis fratres vestros tantum, quid eximiū facitis? Nonne & publicani sic faciunt? Eritis igitur vos perfecti, quemadmodū pater vester qui est in cœlis, perfectus est.

¶ CAPVT. VI.

Trendite ne eleemosinā vestrā præstetis corā hominibus, quo spectemini ab illis. Alioqui præmiū nō habetis apud patrē vestrū, qui est in cœlis. Itaq; cū præstas eleemosynā, ne tuis canatur ante te, quemadmodū hypocritæ faciunt in conciliabulis, & in vicis, vt glorificentur ab hominibus. Amē dico vobis habent mercedē suā. Ceterū tu cū præstabis eleemosynā, nesciat sinistra tua, quod facit dextera tua, vt sic tua eleemosyna in occulto, & pater tuus qui videt in occulto, ipse reddet tibi in propatulo. Et cū oraueris, non eris quemadmodū hypocritæ. Nā illi solent in cōciliabulis & in angulis platearū, stantes orare, quo conspicui sint hominibus. Amen dico